

Franckesche Stiftungen zu Halle

Io. Anast. Freylinghsii, Pastoris Vlriciani Et Gymnasii Scholarchae, Fvndamenta Theologiae Christianae, In Doctrinis Fidei Ex Verbo Dei Perspicve ...

Freylinghausen, Johann Anastasius

Halis Magdeb., MDCCLXXV.

VD18 13062689

Articulus Tertius De Libero Arbitrio Hominis, Sive De Viribus Humani Intellectus
Et Voluntatis Post Lapsum.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:gbv:ha33-1-206191)

De hominis lapsu et peccato. 115

„passione ac morte sua sustulit, novumque
„calum gratia et venia condidit, ut istud
„peccatum, ab Adamo per naturalem genera-
„tionem ad nos propagatum, non amplius
„sub ira diuina ac damnatione nos teneat,
„si modo in hunc seruatorem credamus.
„Nec in posterum, quisquis damnabitur, de
„Adamo congenitoque peccato conqueri pote-
„rit. Hoc enim semen mulieris (a Deo pro-
„missum, ut serpentis caput contereret,)
„iam venit, et pro isto peccato satisfecit
„damnationemque sustulit; sed de se ipso con-
„queratur, oportet, quod hunc Christum
„contritorem capitis serpentis peccatique de-
„structorem non acceperit, nec in ipsum
„crediderit., (3) Quod nobis ignoscantur
peccata per eius nomen. 1 Io. II, 1. 12.
Act. X, 43. Col. II, 13. (4) Quod virtute
mortis ac resurrectionis ipsius peccato do-
minari, ab eoque nos magis atque magis
purgare valeamus, Rom. VI, 9. seqq. 1 Io. I,
7. Hebr. IX, 14. (5) Quod tandem pecca-
tum omne per Christum in nobis prorsus
abolendum et Deus omnia in omnibus fu-
turus sit. vid. 1 Cor. XV, 28. 54-57.

ARTICVLVS TERTIVS DE LIBERO ARBITRIO HOMINIS,

H 2

SIVE

SIVE
DE
VIRIBVS HVMANI IN-
TELLECTVS ET VOLVNTA-
TIS POST LAPSVS.

§. I.

Cur de li-
bero arbi-
trio hoc
in articu-
lo agitur?

Quæ sit *liberi arbitrii* siue *virium hu-
mani intellectus et voluntatis* post la-
psum conditio, magnam quidem
partem ex iis, quæ in præcedenti articulo
de lapsu hominis et vniuersali et multiplici
vitiositate diximus, colligi potest; quum
autem hæc cognitio res tanti momenti sit,
quippe sine qua nemo de vlla parte, quæ
ad negotium conuersionis atinet, ex vero
iudicare, nec, quam necessarius sibi Chri-
stus sit eiusque officium, intelligere potest:
ideo in hoc articulo hac de re differendum
erit curatius. *LVTHERVS* de seruo arbitr.
Tom. II. Witteb. fol. 428. b. (Tom. III. Alt.
fol. 169. b.) „Si ignorauero, quid, quatenus
„et quanta ego possim et faciam erga Deum,
„pariter incertum et ignotum mihi erit, quid,
„quatenus et quantum Deus in me possit et fa-
„ciat, quum Deus operetur omnia in omnibus.”

§. II.

Per libe-
rum arbi-
trium
quid in-
telligitur?

Appellatio liberi arbitrii non tam ex
voce quam re capienda est, quæ per eam
denotatur, nimirum facultas intelligendi et
vo-

De libero arbitrio hominis. 117

volendi, quæ homo ea, quæ bona et quæ mala sunt, cognoscere; et, ut liber, illa eligere, hæc vero respuere potest. Quemadmodum igitur homini ante lapsum in rebus omnibus liberum arbitrium fuit, Sir. XV, 14-17. 2 Cor. III, 17. ita per lapsum corruptum et peccatis seruum factum est, nomen autem liberi arbitrii (ut *LUTHERVS* serm. de festo Petri et Pauli, Tom. I. Alt. fol. 272. a. loquitur) retinuit ideo, quia olim liberum fuit, et per gratiam rursus liberari potest, quæ sine *seruum* potius quam liberum arbitrium dicendum erat.

§. III.

Hanc virium humanarum conditionem Ad perspic-
ut eo melius perspiciamus, diligenter no-
tandum est *discrimen* earum rerum, in qui-
bus post lapsum sunt occupatæ: siquidem
aliter se habent in rebus naturalibus, exter-
nis, civilibus ac moralibus, aliter in spiri-
tualibus, hoc est, ad hominum conuersio-
nem et æternam salutem spectantibus.

§. IV.

In rebus naturalibus, externis, civili-
bus ac moralibus homini post lapsum non-
nullæ vires ex prima creatione residuæ sunt.
Etenim *intellectum* in se spectatum retinuit
homo, cuius beneficio ea, quæ cernit, co-
gnoscere, considerare, expendere, explora-
re, aliud ex alio colligere certo modo potest;
quæ in re diuersi gradus dantur, ita, ut
homo alius alium superet. Sicuti sunt multi

Ad perspi-
ciendam
virium
humana-
rum con-
ditionem
post la-
psum
quid no-
tandum?

In rebus
naturali-
bus, civili-
bus et mo-
ralibus
quomodo
se habent
vires hu-
manæ?

viri docti, sapientes et prudentes, qui tamen Spiritum sanctum, quod ad plenas gratiæ operationes eius attinet, in se habitantem non habent, adeoque scientiam suam sola naturalis intellectus potentia sibi acquisierunt, Act. VII, 22. I Cor. I, 19. cet. Vnde in lapsis hominibus aliqua notitia reperitur diuinarum rerum, Rom. I, 18. 19. 20. boni et mali, legitimi et illegitimi c. II, 14. 15. (vid. Part. I. Art. Lp. 2.) nec minus prudentia in vita communi, quemadmodum videlicet res ciuiles et æconomicae constituendæ sint, in quibus sapissime sollertiores sunt homines huius sæculi, quam homines lucis; quod hi mentem suam potius in rebus æternis quam temporariis defigunt. Interim istarum etiam rerum intuitu, naturalis intellectus per primorum hominum lapsum admodum depravatus est, ita vt cognitio eius multa ignorantia et erroribus multis commista sit, Sir. XLIII, 36. (34.) XLII, 23. humana autem prudentia in negotiis externis sapius hallucinetur et stulte agat. Ies. XIX, 11-13. Ier. XLIX, 7. 8. Homo lapsus itidem *voluntatem* retinuit, quam eatenus *liberam* dixeris, quia in rebus temporariis et terrestribus aliquid velle vel nolle, eligere vel reiicere, vti liber, potest. I Cor. VII, 36. 37. Tali libertate naturalis etiam voluntas in externis actionibus prædita est, quæ ad cultum Dei pædagogiam quamdam subministrant, vti sunt e. g.

ver.

De libero arbitrio hominis. 119

verbum Dei audire, et legere, cum naturali delectatione ei attendere, cetera, Marc. VI, 20. item in studio vitæ ciuilitè honestæ; quemadmodum multa exempla Gentilium, Iudæorum, et eorum, qui Christiani audiunt, contestantur. Rom. II, 14. 15. IX, 31. X, 2. 3. Phil. III, 6. Verum nec ista voluntatis libertas in his rebus ex omni parte tam perfecta est, quin adfectuum violentia potentiaque satanæ sæpius ad id faciendum abripiatur, quod quis plenaria gaudens libertate non faceret.

§. V.

In rebus autem *mere spiritualibus* homo In rebus
ab natura nullas omnino vires habet, quia autem me-
ante conuersionem in morte spirituali sub
potestate satanæ captus et comprehensus te-
netur, Eph. II, 1. Col. II, 13. Act. XXVI, 18. *re spiri-
tualibus
quomo-
do?*
Intellectus hominis animalis obtenebratus,
mens vana et animus caliginosus est, Eph.
IV, 18. V, 8. 2 Cor. III, 14. 15. vnde talis
homo non capit, quæ sunt diuini Spiritus,
nec potest ea cognoscere, sed potius pro
stultitia habet, 1 Cor. II, 8. 9. 14. Quamuis
etiam verbum diuinum audiat et legat, non
potest tamen per se diuinas veritates salutariter
cognoscere, nisi Dominus mentem ei
aperiat, com. 10. Luc. XXIV, 25. 32. 45. Io.
III, 10. Act. XVI, 14. *LVTHERVS* Postill.
Eccles. Tom. XIII. Lips. fol. 379. a. „Regnum
„Dei, et quidquid in illo est, ideo vocatur my-
„sterium, quia spirituale occultumque est et

„manet, nisi Spiritus sanctus id patefaciat ;
 „licet enim multi sint, qui id videant et audi-
 „ant, non tamen percipiunt. Quam ob caus-
 sam scientia, mere naturali mentis sollertia
 et studio humano acquisita, etiamsi in se vera
 sit, et ex ipso verbo diuino hausta, in irre-
 genitis tamen vera et salutaris cognitio esse
 nequit. Io. XVI, 3. XVII, 25. vid. supra
 Part. I. Art. I. §. I. et Art. VII. §. X. Neque vo-
 luntas naturalis ullis viribus instructa est,
 quibus aliquid vere spirituale modo vere
 spirituali velle et perficere queat; quippe
 quod Deus pro sua beneuolentia prius effi-
 ciat, oportet, Phil. II, 13. Io. XV, 5. Bonum
 potius natura auersatur Gen. VI, 5. VIII, 21.
 et aduersus ipsum Deum inimicitiam gerit,
 Rom. VIII, 7. tenebras amat, Io. III, 19. et
 potestati satanae et peccati subiacer, c. VIII, 34.
 Rom. VII, 14. VI, 16. 17. 20. *LEATHERVS*
de Seruo Arbitr. Tom. II. Witteb. fol. 434. a.
fin. (Tom. III. Alt. fol. 183.) „Homo quum
 „vacat Spiritu Dei, non quidem violentia, ve-
 „lut raptus obtorto collo, nolens facit malum,
 „quemadmodum fur et latro nolens ad penam
 „ducitur, sed sponte et libenti voluntate facit.
 „Verum hanc libentiam seu voluntatem faciendi
 „non potest suis viribus omittere, coercere aut
 „mutare, sed pergit volendo et lubendo. Etiam si
 „ad extra cogatur aliquid facere per vim, tamen
 „voluntas intus manet auersa et indignatur
 „cogenti et resistenti. Ita reliquae etiam ani-
 mae

De libero arbitrio hominis. 121

mæ ac corporis vires deprauatæ sunt, vt per se ipsæ in rebus spiritualibus nihil boni valeant, sed semper potius ad malum procliuēs sint exsequendum. Vid. Rom. III, 10. 18. *LVATHERVS* in Psalm LI. Tom. III. Witteb. fol. 451. b. fin. (Tom. VI. Alt. fol. 1271. a.)

„Quia ipsum oculorum lumen, aures et alia organa omnia conceperunt vitium ex peccato, neque ita sunt sana et integra, sicut in Adamo ante peccatum fuerunt. Hæc sensuum corruptio manifesta est, quid in spiritualibus esse putas?“

§. VI

Ex hac virium humanarum deprauatione sequitur, (1) Gentilium aliorumque hominum, ad meliorem frugem nondum reductorum, opera, licet virtutis speciem et nomen habeant, non esse vere bona, sed potius mortua opera, Hebr. IX, 14. vt pote sine fide et Spiritu sancto in morte spirituali effecta, Rom. XIV, 23. (2) homini post lapsum *παλιγγενεσίαν*, nouam natiuitatem, *φωτισμὸν*, illuminationem, et *μετάνοιαν*, veram mentis immutationem, seu conuersionem, maxime necessariam, eamque non hominis, sed vere Dei opus esse, Io. III, 3. Ps. LI, 12. Ier. XXXI, 18. Ezech. XXXVI, 26. 27. Eph. II, 8. 10. (3) hominem propriis viribus legem diuinam seruare, adeoque ex propriæ iustitiæ operibus iustificari, salutemue æternam

consequi non posse, Rom. III, 9. VIII, 3. 4.
Tit. III, 5. 7.

§. VII.

Quodnam
secundum
hanc do-
ctrinam
officium
nostrum?

Officium nostrum secundum hanc doctrinam est, (1) Deo gratias agere, quod ex protoplastorum lapsu nonnullas vires naturæ humanæ superesse iusserit, ut homines, sibi relictæ et ductum rationis sequentes, Deum eiusque opera aliquo modo cognoscere et ipsum quærere, et alii erga alios ita, ut mutua ipsorum conditio postulat, gerere sese possint. (2) Probe nos explorare, an in tantum fideles fuerimus, in quantum per naturam potuimus, adeoque intellectum ac voluntatem tam bene, quam ex residuis viribus fieri licuit, applicauerimus. Vid. Luc. XVI, 10-12. Act. XVII, 27, Epist. Iud. com. 10. Rom. I, 19. seqq. (3) *Advocatus* vero nostram, præcipue in rebus spiritualibus, recte agnoscere, et omnem propriarum virium fiduciam abiicere, Io. XV, 4. 5. 2 Cor. III, 5. 6. (4) Cauere tamen, ne agnitione *advocatus* nostræ in rebus spiritualibus Christi et Spiritus ipsius virtutem, quæ impotentiae nostræ mederi potest, negemus, sed eam a cælesti Patre tanto ardentius ac constantius in vero pœnitentiæ ordine petere, Ps. CXIX. Sap. IX, 9. Marc. IX, 24. Eph. I, 17. 19. (5) Vbi ad resipiscentiam et fidem in Christum perducti sumus, id, quod bonum est in operibus nostris, soli Deo tribuere, ipsum-